

220.

№ 50.

DISPUTATIO IURIDICA

De ~~168~~

# VSVFRVCTV

Quam

26

DEO T.O.M. AVXILIANTE

SUB PRAESIDIO

*Clarissimi ac consultissimi viri,*

DN. IOACHIMI WECCII

I. V. D. & in incluta academia IULIA professoris publici, praceptoris ac fautoris  
fui perpetua observantia colendi,

*Publicae disquisitioni subijciet*

HENRICVS Wendt EINBECCENSIS

*Ad diem 31. Januarij.*

In Auditorio majori horis  
matutinis.



HELMMAESTADI,  
Typis LUCIORVM,

clb cl cXXIX.

Diss. jur. civ.  
42, 48



*Amplissimo, consultissimo, Excellentissimo  
moq; viro:*

**Dn. HENRICO PETRÆO, ICto eximio &  
incliti Ducatus Brunovicensis Calenbergici ordi-  
num & Reip. Hannoveranæ Syndi-  
co gravissimo,**

**N E C N O N**

*Consultissimo & prudentiâ conspicuo Viro:*

**Dn. IOHANNI MAVORTI, Reip. Einbe-  
canæ Equitum Magistro spectatissimo, ac Advo-  
cato ibidem eximio.**

**V T E T**

*Viris integerrimis atq; humanissimis*

**Dn. STEPHANO Boyel } negotiatoribus apud Ein-  
Dn. IVSTO Wendt } becenses primarijs**


**Dn. Patronis, Promotoribus. Affini &  
fratri æternæ observantiæ & fraterni æ-  
moris cultu prosequendis**

*Debita gratitudinis ergò*

**D. D. D.**

**A. & Respond.**





## THESIS I.

**D**isputaturi de usufructu, antequam ad eius explicationem perveniamus, operæ pretium fore censemus, si vocabulum usufructus ab æquivocatione liberemus: Neglectus enim verborum, *ut loquitur Oldend. clas. 4. act. 24.* parit paulatim rerum incertitudinem, rursus incertitudo neglectum, ut tandem neq; verba neq; res teneamus.

### II.

Sumitur ut plurimum usufructus vel pro jure ac facultate utendi fruendi re, quam quis causa dominij vel quasi habet. *l. 4. si usufr. per. l. 26. §. 1. de us. & usufr. legat. l. 6. de usufr. ear. rer. qua us. cons. l. 126. de V. O. l. 4. de jur. dot.* vel pro jure commoditatis à proprietate vel q. sejunctæ *l. 1. Inst. h.* Vnde distinguunt usufructum in causalem, quod sit conjunctus cum causa h. e. dominio, à quo velut causetur, & formalem, quod separatam formam habeat ab eadem. Quam distinctionem facilioris doctrinæ gratiâ, ut magistralem tolerari posse concludunt *Pinell. in l. 1. part. 2. n. 9. C. de bon. mat. Mynsing. & Schneidvv. ad pr. Inst. h. Conf. Capoll. c. 4. n. 1. de servit.*

### III.

De isto, utpote qui servitutis nomen minimè meretur, cum res sua nemini serviat *l. 5. si usus. per. l. 16. de*

*servit præd urb* hoc loco agere propositum nobis non est, sed de eo quem Dd. appellant formalem impræsentiarum non nihil in medium adferemus.

IV.

Et ut ad monitum Ciceronis *1. de offic.* procedamus, definimus illum jus alienis rebus utendi fruendi.

V.

Eundemque dividimus in verum sive proprium & quasi sive improprium *arg. §. 2. Inst. b. l. 2 §. 1. de usufruct. rer.*

VI.

Verum usumfructum describit Ictus Paulus & ex eo Imp. jus alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. *l. 1. b. pr. Inst. eod.*

VII.

Iuris vocabulum si ad mentem Icti Imp. respiciamus, potestatem seu facultatem à jure datam seu confirmatam potius, quam servitutem personalem, genus alias Ususfructus proximum denotare videtur.

VIII.

Et cum ususfructus hic utpote servitus non possit nisi in aliena re consistere *arg. l. 5. si usufr. per.* ideo addita sunt verba rebus alienis.

IX.

Verbis utendi fruendi comprehendunt facultatem percipiendi omnem utilitatem, omne emolumentum, omnes denique fructus, quicumque ex re fructuariâ percipiuntur & percipi possunt *Vid. infr. th. 50.* Vti enim re secundum Donell. *d. l.* est per se eam tractare & exercere ad  
cum

eum usum ad quem natura parata est: Frui est, quantum commodorum, *salvis tamen ususfr. legibus*, ex re aliqua percipi potest, tantum etiam capere liceat ad compendium non ad necessitatem solum.

X.

Ultimò verba salva rerum substantiâ adduntur. Quibus & modus, quo ususfructuarius uti frui aliena re debet, & ipsius objecti conditio indicatur. Hactenus nimirum ususfructuario jus utendi fruendi competere, si ita fruatur re, ut integra ejus & salva permaneat substantia. Rem quoq; seu objectum Vsusfructus tale esse oportere, quod ipso usu non consumatur. *§. constituitur 2. Inst. h.*

XI.

Proposita hoc modo veri ususfructus definitione & brevi eiusdem explicatione, de his ordine in seqq. agemus. 1. A quibus constituatur & quomodo acquiratur. 2. Ipsum objectum, modum & formam constituendi. 3. Commoda & incommoda ususfructuarij. 4. Vsusfructus adepti & tuendi media ac deniq; 5. modos quibus amittatur exponemus.

XII.

Constituatur vel à domino vel à iudice vel à lege.

XIII.

Dominus constituit usumfructum vel jure *ut loquitur Vlp. in l. 1. quib. mod. ususfr. am.* vel per tuitionem prætoris *d. l. 1. l. 9. §. 1. ususfr. quem adm. cur.*

XIV.

Iure constituit, si verus rei dominus sit qui constituit: plenum habeat dominium an nudam proprietatem *l. 72. h. in solidum sit talis an ex parte nihil interest l. 10. d. 2.*

*usu.*

*usufr. quem cau. modò legum auctoritas alienationem ei non interdixit l. fin. C. de reb. alien. non alienand. l. 3. §. 5. de reb. cor. qui sub tut.*

XV.

Per prætoris tuitionem permittitur ex æquitate illis constituere usumfr, qui perhibentur q. domini & jus plenissimum habent re utendi, cujusmodi sunt superficiarius & Emphyteuta *l. 1. §. ult. de superficieb.*

XVI.

Ab his autem constitutio fit duobus præcipuè modis: Inter vivos vel ultima voluntate *§. 1. Inst. b. l. 4. C. eod.*

XVII.

Inter vivos, cum videlicet pacto vel stipulatione vel emtione venditione, vel donatione ususfructus alicui promittitur *l. 3. in pr. l. 37. b. l. 8. §. fin. de pericul. & comm. rei vend. l. 28. 35. §. 5. C. de donat.*

XVIII.

Ultima voluntate constituitur vel rectâ, si apertè testator testamento vel codicillis aut etiam donatione mortis causa relinquat alicui ususfructum *§. 1. Inst. b. l. 3. 6. & pass. b. l. 2. & 3. C. eod. l. 1. 1. de usufr. ad cres. l. 4. si usufr. per. l. 1. §. 2 usufr. quem cau.*

XIX.

Vel jure ad crescendi, quod locum habet inter plures fructuarios, quibus ultimâ voluntate conjunctim relictus est ususfructus. *l. 1. de usufr. ad cres.*

XX.

A judice ususfructus constituitur, si is in judicio fam. eriscundæ & communi diuidendo alij proprietatem, alij ususfructum adjudicaverit *l. 6. §. 1. b. l. 16. fam. erisc. l. 6. §. 10. com. m. divid.*

21. Lc-

## XXI.

Lege, cum lex ipsa citra factum hominis usufructum constituit: qualis est usufructus, qui conceditur patri in bonis liberorum adventitijs §. 1. *Inst. per quas pers. cuiq. l. 6. pr. & l. fin. pr. C. de bon. qua lib.*

## XXII.

Vt & ille, qui patri emancipatori pro præmio emancipationis in bonis filij emancipati adventitijs, quæ illi ante emancipationem quæsita erant, in eorum parte dimidiâ datus est *d. l. 6. §. 3.*

## XXIII.

Consimiliter datur lege jus utendi fruendi matri ad secunda vota transeunti in bonis, quæ habuit à priori marito titulo lucrativo, puta sponsalibus, donatione propter nuptias, donatione mortis causa, legatis & fidei commissis &c. quæq; item per successionem ab intestato liberorum primi matrimonij ad eam pervenerunt *l. 3. Auth. seqq. C. de secund. nupt.* In his enim bonis proprietas acquiritur liberis primi matrimonij usufructu istorum bonorum apud matrem remanente *d. l. 3. 5. 6. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 46. §. 2.*

## XXIV.

Præter hos modos diuturno etiam usu & longâ q. possessione, constituitur usufr. si per longum tēpus puta annos X interpræsentes & XX inter absentes jure servitutis realienâ quis usus fuerit *l. ult. in fin. C. de præsc. lōg. tēp.* Hic causam non dicemus, si à parte constituentis causam efficientem vel legem, vel dominum quatenus is scit & usucapionem impleri patitur, constituere velis.

## XXV.

Cæterum ex illis causis (præterquam si lege & à iudice obvenerit in quibus traditione vel quasi opus non est,  
cum

cum ipsa legis dispositio & adjudicatio instar patientiæ & jussus sit) tum demum actualiter ususfructus constituitur & acquiritur, si traditio vel quasi à parte constituentis, à parte verò acquirentis, acceptatio interveniat: quã factò an verbis declaret, modò de ipsius voluntate constet, nihil interest.

#### XXVI.

Traditio autem intervenit, si rem mobilem corporalem constituens usufructuario tradiderit. Quasi traditio, si dominus usufructuarium animo & voluntate constituendi, & dandi usumfructum, in fundum fructuarium induxerit *l. 3. pr. h. l. 11. §. 1. de Publ. in rem act.* Aut usufructuarium fundo, velut propriã re, uti frui passus fuerit *dd. ll.*

#### XXVII.

II. Cap.

Recipiunt autẽ propriè & natura sua omnes res corporales *l. 2. h. usumfructum*, quæ fruiioni sunt accommodatæ & consumptioni non obnoxia, quales non tantum sunt res mobiles tam animatæ quã inanimatæ ut servus, jumenta, navis *l. 15. §. 1. 2. 3. l. 12. §. 1. h.* sed etiam immobiles veluti fundus & ædes *d. l. 3. §. 1. l. 7. §. 1. h. §. 2. Inst. h.*

#### XXVIII.

Ex earum quoq; rerum numero esse vestimenta pronunciat *Vlp. in d. l. 15. §. 4, l. 0. §. 3. usufr. quem cau.* puta quorum usus ad certum modum relictus, & sic rarus est, ut temporis potius vetustate, quam usu consumantur *Vid. Donell. lib. 10. comm. c. 4. Anton. Math. in not. ad d. §. 2. h.*

#### XXIX.

Et non tantum omnium bonorum ususfructus relictus legatur, modo dodrantis æstimationem non excedat *l. 29. l. 34. §. 2. h.*

30. Sed



## XXX.

Sed etiam partis *l. 43. h. l. ult. de us. & usufr. leg. divi-*  
*sæv el indivisæ l. 5. h. l. 14. & 25. quib. mod. usufr. amitt. l. 1*  
*§. 9. ad L. Falcid.*

## XXXI.

Tam certæ quam incertæ. Et hoc casu quando  
 quotæ partis mentio facta non est, dimidiam partem  
 concessam esse *ex l. 43. de usufr. constat.*

## XXXII.

Nec interest pure in illis constituatur vel ex die  
 vel sub conditione *l. 4. l. 16. 54. h. l. 12. C. eod. l. 16. quib.*  
*mod. usufr. amitt. l. 4. si usufr. pet. l. 16. §. 2. fam. ercisc. l. 9. §.*  
*4. ad axhib. vel ad diem l. 16. §. 2. fam. ercisc.*

## XXXIII.

Dies verò ususfructus legati purè relictæ ab aditâ de-  
 mum hereditate cedit *l. un §. 2. quand. dies usufr. leg. ced.*  
 quod ususfructus constitutus esse non intelligatur, nisi  
 sit qui uti frui patiatur *l. 3. h. qui in hereditate jacente ubi*  
 dubium est, an testamentum sit habiturum exitum, non  
 existit *Vid. VVesenb. in parat. d. 1. quand. dies usufr. leg.*  
 Quod si non pure sed ex die legatus sit, tum demum cedit  
 dies, quando & venit *d. l. 1. §. 3. quand. dies usufr. leg.*

## XXXIV.

Cæterùm cum in servitute ususfructus maximum III. Cap.  
 versetur proprietarij periculum, quod usufructuarius re  
 in usumfructum concessâ, nisi adsecuratione factâ, facile  
 abuti possit: Ideo salubriter à legislatoribus provisum  
 est, ut usufructuarius interpellatus cautionem usufructu-  
 ariam proprietario præstare teneatur. *l. 1. & 1. 1. usufr. quem.*  
*cap. l. 4. C. h.*

## XXXV.

Quæ cautio secundum Ictum ind. l. 1. duas continet clausulas: Prima est usufructuarium re in usufructum concessâ arbitrato boni viri usurum fruiturum nec causam usufructus deteriore facturum, cæteraq; quæ diligens ac sedulus paterfam. in re sua faceret ritè ac rectè curaturum *d. l. 1. §. 3. Conf. d. l. 4. C. h. l. 13. pr. b.*

## XXXVI.

Altera est, eundem, cum usufructus ad illum pertinere desierit, quod inde extabit, restitutum *d. l. 1. pr. & §. 6. l. 8. §. 4. vers. item de restituenda. qui satisd. cog.*

## XXXVII.

Cum autem cautio hæc ex prætoris, qui ut plurimum satisfactiones requirit fidejussorias *l. 7. de stipul. prætor. edicto* descendat *d. l. 1. pr. usufr. quem. cav.* regulariter usufructuarius eam fidejussoribus præstabit *l. 8. de usufr. ear. rer. que us. conf. Gail. 2. obs. 47. n. 2. Vid. quos alleg. & sequitur Hoen. disp. 5. quest. illustr. th. 18.*

## XXXVIII.

Quod si verò catenus illam vel ob paupertatem aut aliam difficultatem præstare non poterit, si sit frugi honestæ ac probatæ vitæ usufructuarius, heres sive proprietarius ut accipiat juratoriam cautionem *secundum modum quem refert. Gail. d. obs. 47. n. 8. & seqq.* æquius & benignius erit *arg. Nov. 112. c. 2. Auth. cui relictum. C. de indict. vid. toll. VVesenb. in w. usufr. quem. cav. n. ult. in fin.*

## XXXIX.

Vel, si suspectæ fidei, proprietarius rem usufructuariam apud bonum & fide dignum virum potius deponat: aut eandem ad se recipiat, vice usufructus certam fructuum vel pecuniæ summam annuatim solvens & de annua

nua

nua solutione rite usufructuario cavens *Mynsing. 6. obs. 48. n. 8. Gail. d. obs. n. 10. & 11. Rober. disp. 8. 1b. 10.* quamvis hoc casu de proprio usufructu vere constituto non immerito quis dubitet.

#### XL.

Ab isto a. cautionis præstandæ onere usufructuario datur quandoq; immunitas, veluti si fuerit donator, qui vel omnia sua bona, vel partem illorum, reservato sibi tantum usufructu, alteri donauerit, *arg. l. 62. de adil. Edict. vel parens in bonis filii fam. adventitiis usufructum habens l. 8. §. 4. circ. fin. C. de bon. qua lib.* illo siquidem casu liberalitas & munificentia usufructuario obstat, hoc reverentia patri à filio debita impedit *Vid. Gail. 2. obs. 45. n. 13. 14. vel fiscus l. 1. §. 18. ut legat. nom. cav. l. 2. de fund. dot. l. 4. §. 5. si cui plusquam per L. Falcid. Conf. Schneid. h. ad pr. n. 11.*

#### XL I.

Quo beneficio etiam gaudet usufructuarius, si cautio ei remissa fuerit ab herede, utpote cui permittitur, favori pro se introducto renunciare *l. 21. C. de Episc. & cler. l. 29. C. de pact.*

#### XL II.

Ipsum verò testatorem cautionem istam in testamento remittere non posse ll. magis consentaneum videtur *l. 1. 4. C. de usufr. l. 7. C. ut in poss. legat.* Communem quoq; hanc Dd. opinionem esse testatur *Gail. 2. obs. 45.* nisi forte in speciali casu quandoq; testatori id permitti, dicere quis velit *ob l. 9. §. 2. usufr. quem cav.*

#### XL III.

Quibus consequens est proprium usumfructum etiam citra ejusmodi cautionem subsistere posse: quæ enim salvâ rei substantia adesse vel abesse possunt, rei essentiam constitutere nullo modo possunt.

#### XL IV.

Præter hanc cautionem alia etiam onera subire tenetur usufructuarius, puta ædes, modicis sumtibus, reficere, *l. 7. §. 2. h. nisi vetustate quâdam corruerint d. l. 7. §. 2. vel paratus sit jus suum relinquere l. 64. h.*

#### XL V.

Quod si quid ultra usufructuarius erogaverit, quàm im-

pendi debebat, idq; docuerit, hoc solenniter à proprietario potest reposcere *d. l. 7. C. h. qui enim in alio ædificat non continuo impensas donare videtur arg. §. 30. Inst. de R. D. l. 2. C. de R. V.*

XLVI.

Ex eadem quoq; ratione compellitur stipendia, tributa ordinariè vel extraordinariè imposita, salaria item & alimenta à re fructuariâ relicta persolvere *l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. l. 52. h. l. 28. de us. & usufr. leg. l. 13. de impens. in res dot. Schneiduv. ad §. 2. n. 13. h. Boer. clas. s. disp. 9. th. 45.*

XLVII. Quemadmodum etiam cogi potest, ut in locum demortuarum vitium vel arborum alias substituat *§. sed si gregis 39. Inst. de R. D. l. 18. h. modo vi tempestatis non sint everſæ l. 59. in pr. h.*

XLVIII. Non tamen, cui usufructus omnium bonorum legatus est, tenetur ad solvendum æs alienum defuncti testatoris, sed illud heredi ut qui in defuncti commoda & incommoda succedit, & omnibus oneribus hereditarijs se subjicit *l. 1. C. si cert. pet. l. 2. C. de hered. act. l. 26. C. de pact. incumbit l. 69. ad L. Falcid. l. ult. de usufr. & us. leg. Gail. 2. obs. 46. per tot Goddard ad l. 49. n. 12. & ad l. 165. in fin. de V. S.*

XLIX. Atq; hæc de oneribus quæ usufructuarius subire tenetur. De commodis nunc paucis agendum. Cum enim incommoda sentiat emolumento iterum perfruatur æquum est.

L. Commodum hoc habet Usufructuarius, ut omnes fructus qui ex re fructuariâ aut ejus occasione percipiuntur & percipi possunt, sive ij sint naturales sive industriales, sive civiles, ut pensiones, redditus &c, *l. 7. 9. 10. 59. §. 1. & l. 62. h. venationes item, piscationes, aucupia, alluviones d. l. 62. l. 9. §. 4. 5. l. 13. §. 5. h. ad ipsum spectent.* Ijsq; non tantum ad necessitatem, sed etiam ad utilitatem imò voluptatem uti frui possit.

LI. Inter quos fructus, quia computari non potest thesaurus *l. 7. §. 12. in fin. sol. matr.* si ejusmodi in fundo fructuario inveniatur, is inter usufructuarium veluti hoc casu extraneum & dominum proprietatis dividendus veniet *arg. §. thesauros 40. Inst. de R. D. l. 63. §. ult. de A. R. D. Vid. Heig. ad d. §. 40. n. 9. Forster de dominio c. 9. n. 114.*

LII. Tunc demum autem fructus isti ad fructuarium pertinent, si ipse eos perceperit vel alius jussu vel nomine fructuarij §. 37. *Inst. d. t. l. 12. §. 5. h. l. 25. §. 1. de usur. l. 13. quib. mod. usufr. amitt.* Quo ipso discernitur à bon. fidei possessore, qui illos statim suos facit, simul ac à solo quocunq; modo fuerint separati *d. l. 13. & d. l. 25. §. 1.*

LIII. Percepti autem fructus dicuntur, qui à corpore unde provenerunt separati non amplius eò continentur, licet adhuc humi aut sub dio jaceant *l. 78. de R. V.*

LIV. Ex quibus manifestum evadit, si maturis fructibus solo adhuc cohærentibus usufructuarius decesserit heredes ipsius fructus percipere non posse, sed domino proprietatis eos acquiri *d. §. 37. Inst. de R. D. l. 13. quib. mod. usufr. am. l. 8. de annis leg. tum quod fructus pendentes sint pars fundi l. 44. de R. V. l. ult. §. 6. que in fraud. cred. tum quod usufructuarius habeat jus personale personæ ipsius cohærens, quod morte ipsius extinguitur §. 3. l. h. add. th. 62. infr.* Cui juri tamen per jus Saxonicum, quo quicquid fructuarius consevit, quamvis necdum maturum neq; perceptum, heres propter culturam percipit, *lib. 2. art. 58. derogatur.* Vnde vulgo: *Wus die Ege bestrichen vnd die Hecke bedecket hat / das folget dem Erbe.* *Schneidvv. ad d. §. 37. n. 3. Vvesemb. parat. ff. solut. matr.*

LV. Præter fructus habet etiam usufructuarius illarum rerû usum fructum, quæ rei fructuariæ causa paratæ sunt ut sunt, additus ad fundum fructuarium *l. 1. §. 1. & seqq. si usufr. per. instrumenta fundi l. 9. §. ult. h. servitutes fundo fructuario debitæ d. l. 1. §. fin. l. 30. h. l. 10. de servit. præd. urb.*

LVI. Nec saltem usufructuarius ipse percipere potest fructus ex re fructuariâ, sed etiam alij facultatem utendi fruendi, seu jus fruendi reale locare, vendere donare vel oppignorare potest *l. 8. §. ult. de pericul. & comm. rei vend. l. 9. §. 1. locat. §. 1. Inst. de usu & hab. l. 11. §. 2. de pignor.*

LVII. Vt autem ipso usufructu constituto & emolumentis cum effectu possit frui, eidem succurritur Actione & personali & reali.

LVIII. Personali actione agit vel adversus heredem ex

ultimā voluntate vel ex contractu adversus eum qui usum-  
fructum promisit, ut sibi usufructus constitutus tradatur *l.*  
*pen. C. h. l. 46. §. 1. eod. l. 1. §. 2. si usufr. pet.*

LIX. Vbi si mora in tradendo committatur, tam in usufru-  
ctu per contractum constituto, quam per ultimam volunta-  
tem usufructuarius in id etiam agere potest, quantum inter-  
est moram sibi factam non esse *l. 35. pr. l. 36. §. ult. l. 37. d. l. 46. §. 1.*  
*§. l. 42. b.*

LX. Actione reali, sive actione confessoria usufructua-  
rius agit ad id, si impediatur in usufructu per traditionem  
acquisito, ut iudex declaret sibi jus esse utendi fruendi, &  
impedientem condemnet ut caveat imposterum de non im-  
pediendo & restituat fructus perceptos cum omni interesse  
*l. 1. pr. l. 5. §. 2. si usufr. pet. l. un. C. uti possid.*

V. Cap.

LXI. Usufructus rectè constitutus ex certis causis ali-  
quando finiatur ac extinguatur necessum fuit, ne si à propri-  
etate semper separatus, in perpetuum inutilis esset domino  
proprietas *§. 1. Inst. h.*

LXII. Finitur autem (1) morte usufructuarij naturali,  
*§. 3. I. h. l. 37. §. 1. b. l. 3. 10. 12. pr. l. 16. pr. C. eod.* Est enim jus perso-  
nale, quod personæ adhæret, cum eademq; expirat *l. 15. fam.*  
*arcisc.* nec ad heredes transit, nisi inter contrahentes id ex-  
pressè actum sit, quo casu ad primum saltem heredem non  
ulterius porrigitur *l. 14. C. b. Mynsing. ad d. §. 3. n. 2. Schneiduv. n. 3.*  
Si quis tamen patri per filium acquisitus fuerit usufructus,  
is filio mortuo non perit, sicut nec morte servi interit, qui  
domino per servum acquisitus est *l. ult. d. t.*

LXIII. Quod si civitati fuerit relictus usufructus, illum  
quasi morte desinit habere, quando aratrum in eam induci-  
tur, ut passā est Carthago *l. 21. quib. mod. usufr. am.* vel quando  
cives communicato consilio inde discedunt *Goth. in d. l. 21.* vel  
si duraverit ad 100 usq; annos, quæ is finis vitæ longissimus  
est *l. 56. de usufr. l. 8. de usu & usufr. leg.*

LXIV. Extinguitur (2) morte usufructuarij Civili, capi-  
tis sc. minutione, & quidem maxima & medianon etiam  
mini-

minimâ ut olim *l. 1. pr. §. 1. & seqq. quib. mod. usufr. amitt. l. 4. de usufr. ac res. d. §. 3. Inst. h. l. pen. pr. & §. ult. C. eod.* Cui quoq; modo similis est proscriptio, quando quis ob delictum per sententiam in bannum imperiale declaratur, & sic omnia bona amittit & civiliter moritur *Gail. 2. obs. 86. n. 9. & 10.* Excipitur v. ab hac regnla casus *l. ult. C. h.*

LXV. Expirat (3) usufructus non utendo refructuariâ per modum scilicet inter partes conventum & à proprietario præscriptum aut per tempus legitimum, quod hodie ex constitutione Iustiniani est in usufructu rei mobilis triennium, immobilis verò inter præsentis decennium inter absentes vicenniû *§. 3. I. h. l. pen. C. de servit. & aq. l. ult. C. de præscr. long. tēp.*

LXVI. Quod si usufructuarius re malè utatur benignius videtur, ut jus suum statim non amittat *arg. l. 1. §. 6. verb. & sapius committetur, usufr. quem cav. tenebitur ergo ad interesse.* Re verò malè utitur fructuarius, vel si rem deteriore facit aut fieri patiatur, vel si substantiâ & formam rei immutet, etiam si rem faciat meliorem *l. 7. §. ult. l. 8. l. 44. de usufr.*

LXVII. Amittitur (4) cessione & quidem solenni coram prætore per actâ *Lindem. in Exercit. In stin. th. 13. h.* Si usufructuarius jus suum quod personale est planè à se abdicet, & vel extraneo aut domino cedat *l. 66. de iur. dot. §. 3. l. h.* Proinde non potest usufructuarius usumfructum cedere extraneo, ita ut in cessione eum transferat, quo respectu etiam in *d. §. 3. nihil agi cedendo extraneo usumfructum dicitur Donell. lib. 10 comm. c. 15.*

LXVIII. Perit (5) consolidatione (quæ alias dicitur confusio *l. 4. usufr. quem ad cav. l. 27. quib. mod. usufr. dominij comparatio Paul. 3. cent. 6. §. usufr. conjunctio cum proprietate Donell. 10. comm. 9. à Græcis σὺνθεσις, quod est acerbatio, cumulatio Mysivog. ad §. fin. l. h.*) cum usufructuarius proprietatem rei fructuariæ acquirit *§. 3. h. l. 17. l. 27. quib. mod. usufr. amitt. l. 6. pr. de usufr. ad res. tunc enim res illa, cujus antea habebat usumfructum, incipit esse propria, propria autē nemini servit per jura superius in th. 3. adducta.*

LXIX. Deniq; (6) amittitur, si rei forma & species planè interierit *d. §. 3. l. 5. §. 2. & 3. l. 30. d. t. quib. mod. usufr. am.* Est enim usufructus jus in corpore, quo sublato & ipsum tolli necessū est *pr. Inst. h. l. 2. eod.* Interire autē usufructus dicitur, si totalis fuerit interitus non verò si particularis: si enim pars aliqua interit, in parte adhuc superstitie totus usufructus retinetur *l. 14. quib. l. mod. usufr. am. l. 53. h.* potest enim restaurari, ne omnino extinguatur.

LXX. Et tantum de vero seu proprio usufructu, què excipit improprius vel q. usufructus, qui est jus utendi fruendi rebus alienis, quarum usus in absumptione consistit nec substantia post finitum usum salva superesse potest, ut sunt: vinum, oleum, frumentum, vestimenta, quorum usus est relictus quotidianus, pecunia numerata, quæ licet verè non consumatur, utèdo tamen videtur consumi, cū eâ uti non possimus nisi illâ expendamus *§. 2. Inst. h. l. 7. l. 2. pr. l. 5. pr. §. 1. & 2. l. 10. pr. de usufr. ear. rer.*

LXXI. Et licet hoc Sectm in gratiam testatorum potissimum introductum videatur *l. 1. 2. 3. de usufr. ear. rer. §. 2. l. h. ratio tamen non obest, quo minus id ad conventiones viventium produci possit Videatur Bachov. in not. ad Trentl. h. th. 2. lit. 1. Meier. th. 2. de usufr. ear. rer. Arume disp. 5. ad Inst. exerc. 17.*

LXXII. Cumq; rerum fungibilium usus & fructus fere nullus esse possit absq; consumptione necessum fuit usufructuarius rerū istarū proprietatem cōsequeretur. *d. §. 2. Inst. h. l. 7. de usufr. ear. rer. qua us. cons.* Ne tamen hoc facto domino simul cum usu res ipsa periret & natura usufructus penitus destrueretur cautio q. usufructuaria introducta est, qua usum fructum tradenti, de restituenda finito usufructu vel ejusdem generis & qualitatis re, vel eiusdem æstimatione quasi usufructuarius caveret *d. §. 2. l. 2. pr. l. 4. l. 8. l. pen. de usufr. ear. rer.*

LXXIII. Per quam cautionem quia usufructus cepit haberi *d. l. 2.* & eundem illo remedio Senatus constituit *d. §. 2. l. h.* Ideo quatenus is primum introductus & constitutus fuit, necessario ei cautionem adhibendam fuisse videri potest: quamvis postea eam *salvo nihilominus q. usufructu* omitti potuisse præter alias. *l. 5. §. 1. de usufr. ear. rer. cōprobare videatur Vid. Bach. d. disp. th. 5. lit. E.*

LXXIV. Tandem q. hic usufructus duobus potissimum modis interit morte scilicet & capitis diminutione usufructuarij *d. §. 2. l. h. l. 6. 7. 9. de usufr. ear. rer. qua us. l. 7. §. 1. usufruct. quem. ca. & Vid. Vvesen. in p. n. f. d. t. de usufr. ear. rer.* Tantū

F I N I S.